



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum fortitudo sit solum circa timores mortis? 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

Ad tertium dicendum, quod spes opponitur timori ex parte obiecti: quia spes est de bono, timor de malo. Audacia autem est circa idem obiectum, & opponitur timori secundum accessum & recessum, ut supra dictum est. Et quia fortitudo proprie respicit temporalia mala retrahentia à virtute, (ut patet per definitionem Tullij) inde est quod fortitudo proprie est circa timorem & audaciam, non autem circa spem, nisi in quantum connectitur audaciæ, ut supra habitum est.

ARTIC. IV.

Vtrum fortitudo sit solum circa pericula mortis?

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod fortitudo non solum sit circa pericula mortis. Dicit enim Aug. in lib. de Moribus Ecclesie, quod fortitudo est amor facile tolerans omnia propter id quod amatur. Et in 6. musicae c. 15. dicit, quod fortitudo est affectio quæ nullas adversitates mortemue formidat. Ergo fortitudo non est solum circa pericula mortis, sed etiam circa omnia alia adversa.

¶ 2 Præterea, Oportet omnes passiones animæ per aliquam virtutem ad medium reduci. Sed non est dare aliquam aliam virtutem reducentem ad medium, aliis timores. Ergo fortitudo non solum est circa timores mortis, sed etiam circa alios timores.

¶ 3 Præterea, Nulla virtus est in extremis. Sed timor mortis est in extremis: quia est maximus timorum, ut dicitur in 3. Ethic. Ergo virtus fortitudinis non est circa timores mortis.

SED contra est, quod Andronicus dicit, quod fortitudo est virtus irascibilis, non facile obstupescentis à timoribus qui sunt circa mortem.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est, ad virtutem fortitudinis pertinet ut voluntatem hominis tueatur, ne retrahatur à bono rationis propter timorem mali corporalis. Oportet autem bonum rationis firmiter tenere contra quodcumque malum: quia nullum bonum corporale æquivaleret bono rationis. Et ideo oportet quod fortitudo animi

* 1. 2. 9.

45. a. 1.

* loc. cit.

in a. 2.

* a 2. hu-

sus 9.

610

inf. a. 11.

et 12. co.

Et 1. d. 33

q. 2. a. 3.

ad 6. Et 4

d. 49. q. 5

a. 3. q. 2.

ad 8. Et

vi. q. 1. a.

12. ad 6.

et 13. Et

q. 5. ar. 1.

¶ 4. co.

Et 3. Eth.

le 18.

col. 2.

* c. 15. cir

ca me. 8.

1.

† l. 6. c. 15

a me. 1.

l. 2. c. 6 a

me t 5.

art præc.

animi dicatur, quæ firmiter retinet voluntatem hominis in bono rationis contra maxima mala: quia qui stat firmus contra maiora, consequens est quod steter firmus contra minora; sed non conuertitur. Et hoc etiam ad rationem virtutis pertinet, ut respiciat vltimum. Maximè autem terribile inter omnia corporalia mala est mors, quæ tollit omnia corporalia bona.

c. 22. p. 2.
7^h à p^{ri}.
10. 1.

Vnde Augustinus * dicit in lib. de moribus Ecclesiæ, quod vinculum corporis, ne concutiatur, atque vexetur labore vel dolore, ne auferatur autem atque perimatur, mortis terrore animam quatit. Et ideo virtus fortitudinis est circa timores periculorum mortis.

Ad primum ergo dicendum, quod fortitudo bene se habet in omnibus aduersis tolerandis: non tamen ex toleratione quorumlibet aduersorum reputatur homo simpliciter fortis: sed solum ex hoc, quod bene tolerat etiam maxima mala. Ex alijs autem dicitur homo fortis secundum quid.

Ad secundum dicendum, quod quia timor ex amore nascitur, quæcumque virtus moderatur amorem aliquorum bonorum, consequens est ut moderetur contrariorum malorum timorem. Sicut liberalitas, quæ moderatur amorem pecuniarum, per consequens etiam moderatur timorem amissionis earum. Et idem apparet in temperantia, & in alijs virtutibus. Sed amare propriam vitam, est naturale. Et ideo oportuit esse specialem virtutem, quæ moderaretur timores mortis.

62 I

Ad tertium dicendum, quod extremum in virtutibus attenditur secundum excessum rationis rectæ. Et ideo si aliquis maxima pericula subeat secundum rationem, non est virtuti contrarium.

inf. q. 124
a. 2. co. 18
q. 141 a.
8 cor. 6
2. d. 44. q.
2. a. 1. ad
3. es 3. d.
33. q. 3.
a. 3. q. 1.
co.

ARTIC. V.

Utrum fortitudo proprie consistat circa pericula mortis, quæ sunt in bello?

AD quintum sic proceditur. Videtur, quod fortitudo non consistat proprie circa pericula mortis, quæ sunt in bello. Martyres enim præcipue de fortitudi-